

memoriæ tenebat. Itaq; minimè miror,  
quod bello Punico secundo, cui procel-  
læ iam grandæuuus interfuit, dicta eius  
consiliaque, tum in populo, tum inter  
primores patrum, pro oraculis habeban-  
tur. Verè enim mihi videor dicturus, qui  
multa transacti temporis meminerunt,  
nisi obtuso nimis crassioque sint inge-  
nio, fore quodammodo futurorum va-  
tes.

## L. LVEVLLI ET HORTENSII.

**S**ed cum duplex memoria sit, vna Re-  
rum, Verborum altera, primam qua-  
lem in Fabio modò retuli, tales in L.  
Lucullo amplissimo & Imperatore simul  
& Philosopho admirabiliter comperio  
viguisse: secundam habuisse videtur Hor-  
tensius, Vtriusque testis est Cic. coetaneus  
amborum.

## L. SCIPIO.

**E**x omnibus autem gentibus ac secu-  
lis, nullum in hac re facile prætule-  
rim L. Scipioni, si modò verum est quod  
tradunt, ipsum P. etiam R. nomina red-  
didisse. Mira & speciosa capacitas, ubi  
tām multa & tām varia nomina locum  
inuenissent, res quidem penè incredi-  
bilis, nisi eam multi, inter quos Pli-  
nijus